UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Titul. 2. Exempla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

EXEMPLA.

TITUL. II.

Exempla eorum, qui reſtiterunt tentationibus contra fidem.

CElebre exemplum eſt duorum illorum adoleſcentum, quorum unus, in morte de fide diſputans cum Dæmone, damnatus fuit; alter verò, quia non diſputavit, ſed ſimpliciter reſpondit: *Credo, quod credit Eccleſia, & Eccleſia, quod credo ego*, ſalutem obtinuit.

Cuidam Religioſo comparuit Dæmon ſub ſpecie & forma Superioris ſui excitans illum ad dignam mortis diſpoſitionem, ad eliminandos è mente ſuoſuis dubietatis ſcrupulos, ad preces ad Deum fundendas quatenùs ipſum intellectum veræ fidei, in qua ei moriendum eſſet, dignaretur illuſtrare lumine, ſicque fictus ille Superior diſparuit. Paulò poſt acceſſit verus Superior infirmum viſitandi causâ, & actum intelligens, ſubitò ei reſpondit, ſtatimque, ne ulla ratione fraudulentæ huic ſuggeſtioni adhiberet fidem, ni decipi vellet, fuiſſe namque meram Diaboli illuſionem, qua ipſum veræ fidei dono privare intendiſſet; unde infirmus conſolatus contentusque remanſit, ac debitas Deo gratias peregit. 2.

Alteri cuidam Religioſo ſimiliter apparuit Dæmon ſub ſpecie Angeli lucis, eique ex parte Dei revelavit, numero reproborum eum eſſe inſcriptum, ac proptereà quævis pietatis opera, quæ deinceps moliretur, nihil ei profutura: reſpondit bonus Religioſus: *Benedictus Deus: nec tamen deſperabo; ſed pœnitentiam, quam agebam, duplicabo & triplicabo, donec gratiam & miſericordiam apud Deum inveniam.* Hacque firmatus reſolutione, opitulante gratia Dei, devenit in notitiam, præcedentem illam revelationem Dæmonis fuiſſe illuſionem. 3.

Ludolph. de vitâ Chriſti p. 2. cap. 50. in fine.

Exempla eorum qui reſtiterunt deſperationi.

Magiſter Taulerus quadam vice interrogatus fuit: *Quid faceres, ſi te Deus damnare vellet?* reſpondit, *duobusque brachio charitatis, nimirùm & humilitatis ſtrictiſſimè eum amplexarer, & cogerem eum mecū deſcendere in infernum, & ſic infernus mihi eſſet paradiſus.* 4.

In vita Tauleri.